

B. 61.

20

Q. D. B. V.

DIE XXVI SEPTEMBRIS HORA IX

TRES SELECTAE CLASSIS ALVMNI

VLTIMVM VALE

PAEDAGOGIO REGIO ET QVI IN EO SVNT
SOLEMNITER DICENT

QVOS VT BENEVOLE AVDIANT

LITTERARVM PATRONI ET AMICI

NEC RELIQVOS

EXAMINIS PVBLICI ACTVS PRAESENTIA SVA
ORNARE DEDIGNENTVR

EA QVA DECECT HUMANITATE ROGAT

POST QVAM

DE IIS QVI ALIVD IN ACADEMIA

AGVN T

QVADAM PRAEFATVS EST

HIERONYMVS FREYER

PAED. REG. INSP.

DE HIS QVI VITAM IN ACADEMIIS
VAGANT

PROLOGUS
PÆD. RHE. INSC.

NATUM VITAE

TALIS CIVICUS ET GAIUS ET SANTUS

KATA TΗN IDIAV ΔŪNAVM. Matth. xxv, 15.

EIS TΩ ΔΩΝΙΔΕΣ ΤΑ ΔΙΑΦΟΡΑ. Phil. i, 10.

ΕΞΑΓΟΔΑΣ ΜΕΝΟΙ ΤΩΝ ΧΑΙΡΟΝ. Eph. v, 16.

AMICIS

EXAMINIS PRACTICIS ALIAS PARVULIS

GRANAE DISTINGUITA RODA

LA CO A DEDICATI HUMANITATE RODA

POSTORUM

PROLOGUS



Oc agere, non aliud, in omni vita vtile est: academicæ autem iuuentuti ita necessarium, vt opportunissima ætatis pars elabi facile ac perire possit, nisi cauere sibi atque attentior ad rem suam esse libenter discat. Vtinam vero satis mature omnes disserent, quæ docentur; aut tenerent fideliter, quæ didicerunt: sic non est dubium, fore, vt et magnam ali quando ex tempore recte exacto perpetuamque voluptatem ipsi capiant, et accepti a monitoribus suis beneficij eo serius obliuiscantur. Mihī fāne non nisi hoc animo et fine propositum est, ceptum tractari (a) nuper, quum aliqui nostrorum e stadio scholastico dimitterentur, argumentum persequi: et ictis, quos male tum aut nihil agendo tempus academicum perdere demonstrauit, nunc illos etiam subiungere, qui aliud in academia agunt. Multifariam hoc posse fieri, ipsa fatis experientia testatur: ad tres autem breuissime classes nunc referre placet, quæ in hoc genere maxime peccantur: quoniam haud paucos id videmus agere, quod tam ab *ingenii viribus*, quam *scopo et tempore* alienum est. Ergo primæ clasēs generatim omnes isti erunt, quos neglecta vi- rium fūarum exploratione opus academicum adgredi animaduertimus. Atque in his præcipuum quidem locum occupant, qui per naturæ conditionem (b) ad studia inepti sunt, quamvis nomen studiosorum, ac sēpe etiam cum vanitate et fastu, gerentes. Alii festinant nimium, atque ante tempus et iactum solide fundamentum se subducunt scholis inferioribus. Quidam, ingenium ad cetera non infelix natū, eiusmodi tractandum sibi studium vel sua sponte vel aliorum sua fusionibus inducti sumunt, cui omnium minime destinati a natura videntur: ne quid de illis dicam, qui, vt vanam *ωλυμπιάδην* gloriam consequantur, plus quam suum sibi tribuunt; per omnia disciplinarum genera caco impetu vagantes, atque alieno se, non suo veroque, modulo ac pede metientes. Necesse autem eo magis est hos omnes aliud agere, quo manifestius inuita Minerua sic operam litteris dare sustinent. Evidem scio, magnam esse ingeniorum diuersitatem, nec ad summa quemque natum. Agnosco etiam, quid medio-

(2)

cris

(a) Mense Martio superiore, programmate de iactura temporis academicī.

(b) Conf. Ven. Buddei dissert. de cultura ingenii. c. 2. §. 8 seqq.

eris animi vigor valeat, si cultura acceſſerit: et quo ſenſu verum
fir, quod ſeptius audimus, a ſemidoctis regi mundum. Immo
nec hoc ignoro, dari munera, quæ plus laboris quam eruditioñis
requirunt: dignamque laude operam reipublicæ commodare,
qui, his potiſſimum ſe præparantes, ne exiguum quidem bonæ
indolis in cultu et ſocordia torpescere finunt. Sed qui ingenio
litterarum ſtudiosis neceſſario plane deſtituuntur, hos aliam ad-
diſcere artem præſtat, quam hæc ſacra attingere: niſi quod na-
tum ſplendori aut ſimili fortis benignioris prærogatiue hic tan-
tum omnino tribuendum videtur, quantum ad res a maioribus
acceptas feliciter tutandas fideli cultura obtineri vlo modo pot-
est. Deinde cui ſimiliores ſunt, qui ad ſublimioris doctrinæ præ-
cepta nondum maturi, tamen vmbra ſe subtrahere properant:
quam imprudenti architecto, molem operis in aere tantummo-
do, non a ſoli profunditate, excitanti? Et qui poſſunt, quin aut
tria videant ex duobus aut interpretem ſtatiū querant, ſi quæ
latino poiuſ, quam patrio ſermone a doctoribus academicis pro-
ferantur? Porro non paruulum referre, cui ſe quisque studio
potiſſimum deſtinet, ſapiētes omnium temporum viri ſemper ar-
bitrati ſunt. Sic M. Scauro et P. Rutilio, oratoribus, Cicerone (*c*) iu-
dice, non quidem omnino ingenium, ſed oratorium ingenium de-
fuit. Sic tubæ alius, vt (*d*) Buchnerus ſcribit; alius lyra natus eſt:
et qui in ſocco placuit, mox in cothurno ridetur. Vnde explora-
tione opus eſt: vt pateat, quid valeant humeri, quid ferre recu-
ſent. Quod (*e*) Pythagoram atque (*f*) Aristotelem feciſſe con-
ſtat: et Apollonium (*g*) Alabandensem, qui, quum mercede do-
ceret, tamen non patiebatur eos, quos iudicabat non poſſe ora-
tores euadere, operam apud ſe perdere; dimittebatque et ad
quam quemque artem putabat eſſe aptum, ad eam impellere at-
que hortari ſolebat. Ad alteram nunc claſſem venio: eorum ſci-
licet, qui a ſcopo metaque abludentes ad πάρεγγα aut περιέγγα,
neglectis interim neceſſariis dignioremque uſum habentibus, de-
labuntur. Vbi iure adſumi poſſe arbitror, quod omnes conce-
dunt, ſaltem verbis nemo facile abnuerit: parandæ ſcientiæ hunc
eſſe finem propositum, vt non modo doctiores ſiamus, ſed me-
liores quoque et ad conſeruandam augendamque humanae ſocie-
tatis felicitatem vere idonei. At hoc ſeuierius notandi illi ſunt,
qui,

(*c*) de cl. orat. c. 29. (*d*) part. 2. epift. 122. (*e*) A. Gell. I, 1, c. 9. (*f*) Idem
I, 20, c. 4. (*g*) Cic, de orat. I, 1, c. 28.

qui, quum Deo se totos publicæque utilitati consecrare studia de-
beant: vel suo tantum honori et commodo velificantes, in litte-
ris versantur; vel, quod multo peius est, contra Deum et diuina
omnia quasi armant se, tota (*b*) via sic, vtriant, et toto (*i*) cœ-
lo impie pariter ac perniciose errantes. Quam feracia portento-
rum talium tempora nostra sint, et quam late malum hoc etiam per
academias, sapientiae ac virtutum officinas, serpere coeperit: non
obscurum, opinor, neque absconditum videri potest. Ita vero
necessæ, pro dolor, est corrupti iuuentutem, spem patriæ optimam:
seu, vt Seruator noster nos propediem (*k*) docebit, ἐλθεν τὰ
σκάδαλα; vñ simul interminans infelicitibus istis, qui hoc modo
aliud, quam decebat, siue agentes siue loquentes, perniciosa exempli imitationem reliquis in posterum prodere non erubescunt.
Excusati quidem peccant, sed peccant tamen, quorum animo et oculis principale, cui se dederunt, studium non ita obuersatur, vt ad hoc operam atque industriam omnem vnicے referant.
Sic philosophiæ senioris præcepta cognoscere, musicam, geometriam et alia mathemata attingere, linguis etiam exoticis aliquid
tribuere temporis, diuinaram litterarum cultori perutile iudicari
potest. At græcis hebraicisque ignoratis, et κατηχόσεωι sacra-
rum exercitio contemnit habitu, musicis tantum, physicis, me-
taphysicis et mathematicis occupationibus vacare; sola gallica,
anglica, italica et hispanica crepare; et, ne quid futuro ecclesiæ
ministro desit, non modo artis medicæ professoribus operam dare,
sed etiam ICtorum se prælectionibus immiscere: id vero est, quod,
si non omne in futuram, vt loquimur, obliuionem disci; tamen
a circumspectione christiana, nedum theologica prudentia, longe
alienum existimo. Eadem ratione de iuriis ciuilis ac medicinæ stu-
dio iudicandum arbitror: quoniam vtrumque ita comparatum est
ac tot diuerticula habet, vt necessaria cuique ab utilibus, profutura
a superuacuis, ab alienis propria et a remotioribus propinquiora
probe discerni oporteat; nisi extra oleas vagari magnamque operæ
partem cum tempore et sumtu perdere imprudens volueris. Re-
stant plures alii, a scopo nimium quantum aberrantes; atque in-
ter hos illi præcipue, qui in addiscendis linguis industriam omnem
collocant, rerum autem ipsarum, propter quas linguis vtimur, ne-
gligentiores: sed tertia iam classis occurrit, non suum cuique rei

)(3

tem-

(*b*) Ter. Eun. a. 2, sc. 2, v. 14. (*i*) Macrobi. Saturn. I, 3, c. 12. (*k*) ex euangelio
Matth. 18, v. 7.

tempus attribuens et sic a salutari agendorum ordine non sine tem-
poris iactura deflectens. Quis vero est, quin hoc primis omnium
accidere intelligat: qui vix academiam ingressi ea circumspiciunt,
quaꝝ prouectiorum sunt, non incipientium; media commiscentes
primis, ultima interiectis, sacris profana, summis ima, quadratis ro-
tunda. Quidam in legendis libris toti sunt, viuam interea doctoris
vocem adspertantes: alii confarcinandis manuscriptorum plaustris
tantum occupantur; satis prouisum sibi credentes, si hoc onusti the-
sauro domum redeant. Dantur etiam, qui noctes lucubrando extra-
hunt, matutinas horas dormiendo: immo qui ne sacris quidem die-
bus a negotio litterario abstinent. Tandem hic et illos possem repre-
hendere, quos in ipsa iam academia non tantum consequendi mune-
ris, sed matrimonii quoque ineundi cura sollicitat: manifesto sic a-
gentes aliud ac prouidentiae diuinæ, cui soli futura et suo nobis tem-
pore necessaria recte committimus, turpiter diffidentes. Sed me nunc
pedem figere hic necesse video. Quamobrem, ne in ἀλλοτριοπα-
γίας suspicione ipse incurram, nostros tantum amanter æque ac
serio admonitos volo, vt, quando per etatem et progressus vita aca-
demicae periculum suo cuique tempore adeundum est, fidis se com-
mittere ducibus ac præscriptam ab his studiorum rationem fideliter
sequi ne grauentur. Qui ad sacras litteras incumbunt, habent pro-
fecto in hac Fridericana, de quo gratulentur sibi et quod magni loco
beneficii merito æstiment: quum in aprico sit, quantum temporis
Venerabile Theologorum collegium et quot curas in discernendis
ac regendis auditorum suorum studiis consumat; et publico nuper
(*l*) scripto declaratum, quam diuerſam hic pro ingeniorum et facul-
tatum diuersitate viam insistere æquum censeat. Nec reliquis defu-
turos puto sui ordinis Viros doctos et cordatos, si in consilium ad-
hibeantur: posuntque iisdem commendari salutaria et vere aurea
monita Summi quondam et Perilluftris Viri, Viti Ludouici a
Seckendorf, ante decennium a Venerando Directore nostro,
Augusto Hermanno Franckio, tum academiæ Prorectore Ma-
gnifico, cum additamento perutili (*m*) publicata. Et ita qui-
dem instructos ac munitos iam denuo tres e ecclesi nostre ingenii
pereximii nec minoris spei iuuenes, selecte adhuc classis discipulos,
dimitimus: cras etiam postremis inter nos sermonibus gratum erga
omnes, quibus debere se intelligunt, animum publice testatueros.

Pri-

(*l*) a. 1723, præfatione ad modestam disquisitionem noui systematis philosophi-
ci. (*m*) Hale in orphanotropheo a. 1716, 8.

Primus est IOANNES CHRISTIANVS ab Utne; Eques Noruegus,
de bellica Danorum virtute simul dicturus oratione latina: alter FRI-
DERICVS DETLEF CAROLVS a Cronhelm, Eques Luneburgicus,
de Hannoveranæ domus hoc XVIII seculo incrementis, carmine germani-
co: ac tertius ALEXANDER OTTO a Worbis, Eques Hohenstei-
nensis, de nomine Fridericorum Brandenburgicæ genti faustissimo, iti-
dem latine. Adsit Deus abeuntibus, ac plus quam ter felices eos in
suam ipsum et publicam patria salutem adolescere clementer
iubeat. Ceterum, ut benebole audire litterarum PATRONI et AMI-
CI vltima eorumdem verba et reliquos examinis nostri actus præ-
sentia sua solenniores reddere ne dedignentur, ea, qua decet, huma-
nitate etiam atque etiam rogo. P.P. Halæ Magdeburgicæ

in Pædagogio Regio vii Cal. Octobris

1500 CC XXVI.

CONSPECTVS EXAMINIS.

DIE XXVI SEPTEMBRIS AB HORA VIII AD XII.

- | | |
|--|-----------------|
| 1. Classis theologica iv. | 2. Latina v. |
| 3. Latina, philosophica et theologica selecta. | |
| 4. Oratio de bellica Danorum virtute. | 5. Latina iv. |
| 6. Oratio de Hannoveranæ domus hoc XVIII seculo incrementis. | |
| 7. Latina iii. | |
| 8. Oratio de nomine Fridericorum Brandenburgicæ genti faustissimo. | |
| 9. Latina ii inferior. | 10. Geometrica. |

AB HORA II AD VI.

- | | |
|---------------------------|-----------------------------|
| 1. Theologica iii. | 7. Græca i. |
| 2. Latina ii superior. | 8. Geographica. |
| 3. Græca iii. | 9. Oratoria germanica i. |
| 4. Latina i. | 10. Logica. |
| 5. Græca ii. | 11. Historica. |
| 6. Oratoria germanica ii. | 12. Theologica ii inferior. |

DIE XXVII SEPTEMBRIS AB HORA VIII AD XII.

- | | |
|------------------------------|-------------------------------|
| 1. Theologica ii superior. | 6. Gallica ii superior. |
| 2. Gallica iii. | 7. Poetica lat. ii superior. |
| 3. Poetica latina iii. | 8. Gallica i. 9. Arithmetica. |
| 4. Gallica ii inferior. | 10. Poetica latina i. |
| 5. Poetica lat. ii inferior. | 11. Theologica i. 12. Hebræa. |

AB

AB HORA II AD VI.

1. Præparatio orthographica, geo- 3. Præparations arithmeticæ et
graphica et historica. geometrica.
2. Præparations physicæ. 4. Botanica.

ORATIONES VALE DICENTIVM RELIQUAE

EX CLASSE SELECTA.

FRIDERICVS LUDOVICVS ANTONIVS Völting, Hassus, *de Britannia Europæ equilibrium seruante* dicet gallice.

GEORGIVS LUDOVICVS Stöcken, Hannoueranus, *de Principiis Brunsuicensibus eruditis*, latine.

EX CLASSE LATINA I.

ADOLPHVS LEVINVS a Warenstedt, Eques Mecklenburgicus, *de laudabili principum cura propagandæ religionis christiane inter gentiles*, latine.

IUSTVS FRIDERICVS Mackensen, Guelpherbytanus, *de fortitudine Dūcum Brunsuicensum*, latine.

CHRISTOPHORVS LUDOVICVS, L. B. a Seckendorf, Francus, *de litteris per bella propagatis*, germanice.

CHRISTOPHORVS WILHELMVS a Bessel, Eques Silesius, *de incrementis domus Austriae*, carmine germanico.

GRATIARVM ACTIONES REMANENTIVM AD AUDITORES BENEVOLOS

EX CLASSE LATINA I.

GEORGIVS SIGISMUNDVS a Seiditz, Eques Silesius, *de Augusto non felicissimo* dicet latine.

OTTO MAVRICIVS a Thielau, Eques Misnicus, *de Constantini M. meritis in ecclesiam*, latine.

CHRISTIANVS HENRICVS ab Osterhausen, Eques Misnicus, *de felicitate imperii romani sub Constantino M.*, germanice.

FRIDERICVS WILHELMVS Freiesleben, Lipliensis, *Constantinum M. a nonnullorum obtrectationibus defendet* latine.

HALAE MAGDEBURGICAE,

TYPIS CHRISTIANI HENCKELII, ACAD. TYPOGR.

Af 364 ^a

(1)

ULB Halle

001 602 721

3



56,

364



20
Q. D. B. V.

DIE XXVI SEPTEMBRIS HORA IX
TRES SELECTAE CLASSIS ALVMNI

VLTIMVM VALE

PAEDAGOGIO REGIO ET QVI IN EO SVNT
SOLENNITER DICENT

QVOS VT BENEVOLE AVDIANT

LITTERARVM PATRONI ET AMICI

NEC RELIQVOS

EXAMINIS PVBLICI ACTVS PRAESENTIA SVA
ORNARE DEDIGNENTVR

EA QYA DECET HUMANITATE ROGAT

POST QVAM

DE IIS QVI ALIVD IN ACADEMIA

AGVNT

QVAEDAM PRAEFATVS EST

HIERONYMVS FREYER

PAED. REG. INSP.